



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ministro Ecclesiae, Sermones III. in solennibus  
cœtibus ecclesiastarum urbis & agri Tigurini**

**Werdmüller, Otto**

**Tigvri, 1551**

**VD16 W 1983**

Vigilantissimo Basiliensis Ecclesiæ Episcopo, Domino Osualdo Myconio,  
Domino & patri suo plurimum colendo, Gratiam & pacem à Deo patre per  
Christum Iesum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35649**

# VIGILANTISSIMO<sup>2</sup>

BASILIENSIS ECCLESIAE

Episcopo, Domino Osualdo Myconio, Domino &  
patri suo plurimum colendo, Gratiam &  
pacem à Deo patre per Christum Iesum.

**V**M animaduerterem à Christo unico seruatore nostro, in quo sunt omnes thesauri sapientiae ac scientie reconditi, similitudines & parabolas adhiberi tanquam maxime idoneas ad docendū studiores, ad excitāndos auditorum animos, ad alius insigenda diuina: arbitrabar me non paruum operē pretium facturum, si quæ de ministris ecclesiæ similitudinis inuolucro tecta detegerem & latius explicarem. Itaq; pro mea tenuitate rebus à quibus ducuntur similia perpensis, & cum ecclesiastico ministerio collatis, insuper euolutis doctissimorum uitorum commentarijs, quæ de concionatorum officio parabolice scripta reperi, magno undequaq; studio collegi, & in unum quasi corpus redegi. Quoniam uero sermones de his publice recitatos, aliquot fratres nō solum adprobant, uerum etiam editionem urgent, ita quidem obsequor, ut nihil mihi arrogem. Sed si qua uti soleo, methodus laude meretur, tibi eam uenerande pater acceptam fero, qui me plus mi-

A 2

... annos à tenera etate fidèliter instituēris, nihilq; quod ad ingenium meum pietate lins  
guarumq; & artium cognitione excolendū perii  
nere videbatur, intermisericordia. Huius diligentie ac  
laboris, quem cum aliorum discipulorum, tum  
mea causa immensum pertulisti, fructū certe in-  
gentem percipere debebas. At quia nec parenti-  
bus nec præceptorib. par referri gratia potest: be-  
neficiorum haud immemoris saltem indicium hac  
mea nuncupatione dare uolui. Imaginem opis  
mi ecclesiastę, his sermonibus, uelut in tabula de-  
picti, tibi meo patri peculiariter dono. Et cui poti-  
us quam tibi, qui uiuu exemplar es optimi ecclæ-  
siastę, dedicarē? Nā ex eo tempore, quo à ludo li-  
terario reuocatus, in D.D.Ioan.Oecolamp. præ-  
stantiss. Theologi locū diuina prouidentia suffi-  
ctus es, ecclesiā fidei tuę cōmissam ab errorū atq;  
uitiorū cōtagio, quantum in te sitū est, præserua-  
re, & salutifera doctrina Euāgelij gubernare, per  
tot discrimina nō cessas. Quā ob causam omnes  
synceri ac pię uiri studiū & fidem tuā admirātur,  
& dignis laudibus cōmandant. Eo nomine ego  
quocq; tibi ecclesięq; Basiliensi gratulor, & ex ani-  
mo dei benignitatē oro, ut administratione tua  
multos adhuc in annos ecclesia fruanur. Vale  
liciter cū matre de me bene merita. Saluū cupio  
symyſtā tuum D.Ioan.Gastium, qui suo para-  
bolarum libro utilissimum laborem sustinuit.

Tiguri, Anno M. D. L I.